

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5861

Auteur(s) : Gilbert du Tilleul, seigneur [prêtre]

Bénéficiaire(s) : La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, février

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Gilbert, seigneur et prêtre du Tilleul-Fol-Enfant, vend à l'abbé et aux moines de Notre-Dame de Lyre, pour seize livres tournois, tout ce qu'il possérait à la vavassorie d'Aderce, sise dans la paroisse de Saint-Germain du Tilleul-Fol-Enfant, que Gilbert de Cappeville et ses participants tiennent de lui.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 450-451.

Dissertation critique

Tiliolum Folenfant : Tilleul-Fol-Enfant, commune réunie en 1822 avec Saint-Martin-le-Vieux, doud le nom de Saint-Martin-du-Tilleul.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Gillebertus de TILIOLO FOLENFANT, presbiter et dominus ejusdem loci, vendidi et concessi viris religiosis abbati et conventui B. Mariæ de Lira, pro XVI libris Turonensium, de quibus mihi præ manibus plenarie satisfecerunt, quidquid habebam et habere debebam, et quidquid ex quacumque causa mihi vel heredibus meis poterat evenire vel accidere in vavassoria de ADERIA, quæ sita in parrochia S. Germani de TILLIOLO FOLENFANT, et quam Gillebertus de Capite Villæ et sui participes tenebant de me : scilicet XXX solidos annui redditus, ad festum S. Remigii persolvendos, pro servitio equi taxato, et VII boissellos ordei et III avenæ ad festum praedictum, et ad Natale III capones et III denarios, et ad Pascha XXX ova et III denarios, cum precariis et cum serviceis feodalibus et non feodalibus et cum omnibus rebus aliis, ad dictam vavassoriam pertinentibus ; ita tamen quod, quia quarta pars vavassoriæ mihi accidit et devenit ad manum meam quondam, pro forefactura cuiusdam participis ejusdem vavassoriæ, deducenda est hominibus tenentibus residuum quarta pars totius servicei, in denariis, avena, ordeo, caponibus, ovis, precariis et dictis, et rebus omnibus aliis. Sciendum etiam quod ego et heredes mei tenemur et tenebimus reddere dictis religiosis XX et I solidos, et dimidium modium avenæ annuatim, quos ante confectionem istius litteræ ego et antecessores mei eisdem reddere solebamus ; et volo et concedo quod dicti religiosi omnia supradicta et quidquid mihi et heredibus meis de dicta vavassoria aliquo modo possent de cetero evenire vel accidere, habeant et pacifice possideant, quia nichil omnino retineo in omnibus supradictis, præter meum adveniens ratione forefacti supradicti. Immo ego et heredes mei tenemur ea eisdem religiosis contra omnes garantizare et deffendere, vel in residuo feodi nostri sufficienter excambiare, salvo jure capitalium dominorum.

In cuius rei testimonium, presentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo octavo, mense februarii.